



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Conso||lacione Ivsto-|||rvm**

**Hillesheim, Ludwig**

**Coloniae, 1572**

**VD16 H 3678**

Omnia Deo posthabenda, inq[ue] vno eo acquiescendum, cu[m]  
deprecatio[n]e culpæ, Deique imploratione. Cap. VIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60369)

*Esa. 28.* ia, dies, cum pedibus conculcabitur corona superbia, & flos deciduus gloria exultationis, sed dominus exercituum erit corona gloria, & sertum exultationis, is qui expectant eum, super quorum capita laus & letitia sempiterna erit.

*Esa. 30. 35.* Omnia Deo posthabenda, inque vno eo acquiescendum, cum deprecatione culpae, Dei que imploratione.

## CAPVT VIII.

**C**um igitur ad hanc boni fructum, hanc nobilitatem & gloriam corona in hac vastitate natura percipiendam, omnes aditi fines, peragrati que sint, sed eius apprehensio in te o DEVS omnipotens sit, vertimur ad te ceu fontem bonorum, quaeque ex vniuerso rerum, quae in terris sunt ordine negantur, abs te solo supplices oramus. Agnoscimus culpa nostra omnia amissa, sed misericordia tua recuperata esse, hic contineri spem, salutemque nostram, & ex vnius tua bonitate, vitam



vitam pendere omnium. Iusta seueritas  
 tua fuit, tum, cum primi parentes profligati ex amoenissimis oris felicitateq; summa, in terras, ceu in solitudinem immisi sunt, errorum, & sollicitudinum plenam: sed aeternum clementiae testimonium abs te datum, posteaquam interuentu sanguinis & mortis filij tui pro paradiso terrestri, ad caelum aditus est factus: vt homo misericordia tua plus leuatus, quam scelere depressus esse videatur. Itaque interuenit in hac quasi orbitate & misero exilio, cura aeterna tua, vt boni acerba & noxia omnia, non grauitate sua, sed auxilio tuo, qui omnia subter te habes, metiantur. Quanquam autem eis omnis vita in malis, in quibus antiquae noxae vestigia remanent, agnita sit, tamen humiliter ac demissè agnoscunt, hunc ordinem non naturae, sed peccati lege inuectum, nullam etiam his, quae in malis censentur, vim inesse beneficio tuo, immò praesentium discrimini difficultate augeri consequentis temporis felici-

Ad Rom. 5.



felicitem perennem. Eius recordatio  
mentes omnium bonorum cogitationes-  
q̄ sustentat. Quis enim in hac iactatione  
vitæ, qua circum infera atque supera, om-  
nesque oras ferimur, alius requietis & cō-  
solationis sensus, quam in gratia & clemē-  
tia tua fiducia esse potest?

De Noë in arca seruato tem-  
pore diluuij, columba emissa,  
eaque ramum Oleæ sub vespe-  
rum deferente, quibus & pio-  
rum æumnæ significatæ, deiq̄;  
ad eos seruandos gratia ostēsa.

## Caput IX.

**C**um terras olim omnes summo ho-  
minum delicto, vniuerso cunctorū  
interitu, iusta offensa tua domine  
DEVS premeret diluuium, Noë volunta-  
tem tuam secutus, & in arca conclusus,  
tibi commiserat spem reliquam vitæ ac  
rerum suarum. Sed cum aquis longē  
lateq̄, omnia occupantibus, animus eius